









1748.

1. Remmings, Siegfried Poes. : De mortalitate successorum
2. Balthesus, Augustinus : De paenae capitalis executione perfecta non iteranda .
3. Breckman, Georgius et Soldman, Jacobus Chal. : De differentia Reipublicanae nominalium et realium

1749.

1. Balthesus, August, de : De usuris, iure habecens, in concursu eorum, in eadem classe cum sorte integre concordis
2. Balthesus, Augustinus, de : De favore deposito

1750.

1. Falzart, Petrus : De protestate principis circa privilegia
2. Balthesus, Augustinus, de : De iure reinfundacionis speciation reformatio[n]is fidei in Pomerania

1757

1. Keninga, Siegfried Paes : Programme, quo - - - :  
de luctu acor antiqui et diuinis lugendis temporibus  
discretum simulque ad festum resurrectionis Christi.  
sevole celebrandam, ciues academicos invitat
2. Keninga, Siegf. Paes, ab : De executione praece  
capitatis interrupta, iterante ac consummata,  
et de jure circa depositorum reorum.
3. Balthasar, Augustinus, dc : De iuribus viduarum nobilium  
in feulis Pomeraniae interioris
4. Balthasar, Augustinus, dc : De remissione meritorum  
in locazione praedorum rusticorum ob ingens tamquam  
ex lue pecorum conductoris contingens.

1758.

- Keninga, Siegfried Paes, ab : De obligatione successoris  
ad antecessoris sui debita ex feulis imperii prae  
standa.

1757.

Schlichtkrull, Christ. N:o 2 An ares aus aequo nepo-  
tibus futuros constituerunt testamentarios liceat,  
vivis autem illorum parentibus?

17

1.

2.

3.

4.

17

XXXVI.

*Q. D. T. O. B. V.*

DISSE<sup>R</sup>TAT<sup>O</sup> JURIDICA  
QUÆSTIONEM EXHIBENS:

AN

AVO, AVIÆQUE NEPOTIBUS  
TUTORES CONSTITUERE TE-  
STAMENTARIOS LICEAT, VIVIS ADHUC  
ILLORUM PARENTIBUS?

QUAM

---

RECTOR<sup>E</sup> MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DOMINO

ADOLPHO FRIDERICO IV.

DUCE MEGAPOLIS REGNANTE,

PRINCIP<sup>E</sup> VANDALIÆ, SVERINI ET RACEBURGI, COMITE SVERINENSI,  
TERRARUM ROSTOCHI ET STARGARDIE DYNASTA &c.  
ORDINIS SERAPHINORUM ET AQL<sup>E</sup> ALB<sup>E</sup> EQVITE AURATO.

ANNUENTE INCLYTA FACULTATE JURIDICA  
PRÆSIDE

CHRIST. NIC. SCHLICHTKRULL,

JURIS UTRIUSQUE DOCT. ET SUMM. REG. TRIB. ADVQC.

PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI

DIE XXI. JUNII ANNO MDCCCLVII.

SUBMITTIT

JOHANNES JACOBUS SCHULTZ,  
L. L. CULTOR.

---

GRYPHSWALDIÆ STANNIS STRUCKIANIS.

DIESPERAFAO JUDICIA  
GOSSONIUS TIBURCIUS

AUGUSTA TOUT NEGOLENS  
TELIORIS CONSTITUTAE TH  
DUCATIATURO IN CIVITATIS  
TRENTINATUR

MIXTAE EXCEPTE MATERIA  
ETIACUM TIBURCIUS

ABGELLE I RIBERICO JA

CONVENTUS VENITI

EXCEPTE MATERIA  
ETIACUM TIBURCIUS

ALIAS TIBURCIUS

ALIAS TIBURCIUS

ALIAS TIBURCIUS

ALIAS TIBURCIUS

PRINCIPATUS RUGIÆ.

ORDINIS EQUESTRIS

ILLUSTRISSIMIS

DNN. COMITIBUS

PERQUE ILLUSTRIBUS

DNN. BARONIBUS

NEC NON

VIRIS RELIQUIS

GENEROSSISSIMIS,

GLORIA MAJORUM SUISQUE MERITIS

CLARISSIMIS,

MÆCENATIBUS, FAUTORIBUS  
ATQUE ORDIINIS MASTERS  
PATRONIS SUIS  
SUMMO PIETATIS CULTU DEVENERANDIS  
HOCCE  
EXERCITIUM ACADEMICUM  
OMNI, QUA DECET, ANIMI OBSERVANTIA  
CONSECRAT.

MS. No. 2  
AIRIS RELIGIOSIS  
GENEROSSIMIS  
GLORIA MAJORUM SUSQUE MERITIS  
CARRISSIMIS  
devinctissimus  
J. J. SCHULTZ.

AD I[n]i m[er]itissimis ordinibus  
PRAENOBILISSIMUM DOCTISSIMUMQUE  
**DOMINUM · RESPONDENTEM,**

Conflanguineum suum dilectum.

Nescit in occultis virtus latitare medullis,  
Manis at excime servida flamma nascat.  
Sic Tua splendescit, Juvenis Doctissime, virtus,  
Dum prompto scandis pulpita nostra pede.  
Gratulor ex animo, pergas inumbero Musis,  
Patria sic quondam premia digna dabit.

Hecce paucæ, benevolentie testandæ causa,  
lubenti adjecit manu

ULRICUS GEORGIUS GÜNTHER,  
Min. Acad. Publ.

NOBILISSIMO AC DOCTISSIMO  
**DOMINO RESPONDENTI,**

Amico atque Consobrino suo integerrimo,

S. D. P.

C. U. LUHDE, Ph. & Tb. Cultor.

Quantum incommodi, quantumque infortunii in genus redundaret huma-  
num, nisi SAPIENTISSIMUS una cum obligatione, mortalium cuilibet  
imposita, sobolem scilicet procreandi, quemlibet liberos suscepimus educan-  
di, eodem quoque obstrinxisset viñculo. Quis enim, corrupta natura, ad  
vitam in lucem editorum sustentandam necessarius præberet, & quis præter-  
ea, ea, quæ ad commoditatem vita spectant, in promptu haberet? Certe ad-  
esset nemo. Quis virium infantum emendationi operam daret? Quis ani-  
mam, quisque corpus curaret? Membra societatis inutilia, cives in expedi-  
tionibus rudes, officiorumque erga alios contemnentes evaderent. Nullam  
Dei, nullamque Religionis cognitionem haberent, veluti feræ nascerentur,  
sic vitam agerent, siueque morirentur. Nati fuissent liberi, ut tantum na-  
scerentur, ceteroquin nihil. Que adversa fortuna! qua nulla unquam con-  
cipi potest pejor. Ad gratas perceptiones sine fine utendas esse creatum  
hisque carere, Ah! proh dolor! que miserabilis hominum esset condi-  
tio. Qui ad educandum sobolem sumitus, introducendo domino, necessarios  
collocaret, esset nemo. Ast enim vero hisce omnibus sapientia prospexit  
divina,

divina, parentibus ardenterim in liberos inclinationem imprimendo, quippe qui liberos intensissimo prosequuntur amore, adeoque omnia quam lumenissime suscipiunt, si unde salus liberorum optime oriatur. Liberos suos Deo ac Religioni, Societati Patriaeque dant atque dedicant, inde Deo grati, Religionis æstimatores, societatis promotores, Patriæque cives exoptatissimi jure meritoque existimandi.

Tibi, Amice suavissime, specimen quoddam sub Praesidio Viri Confusissimi, quem fautorem quemque amicum venerari mihi contingit, ventilato, ex intimis cordis mei recessibus gratulor. De assidua Tua diligentia litterarumque qua dissertationis hujus, quam eruditissime conscripta, ventilatio ipsa testabitur, quæ, ut nullus dubito, strenua ac solidissima futura est. Summum benignissimumque imploro Numen, studiis ut in posterum Tuis adsit, sic veritatis, ipsa due veritate, viam feliciter permeabis, sic metam, quam Tibi praefixisti, percurrere facilissimum erit, sic denique Tibi & temporaria & eterna erit salus. Nihil, nisi amicitia Tua me commendare, regat, quo nil gratius nilque acceptius mihi contingere potest. Vale!

PRÆNOMINIS DOCTISSIMO  
DOMINO RESPONDENTI

S. P. D.

CAROLUS LINDE.

**A**micorum carissime, diu animus Tuis egregie fertur, ad comparandam eruditionem, id quod pricipue postulatur, a litterarum studiis dedi-  
to. Colis Deum ter optimum maximum, & ipsius auxilia omnia difficultia re-  
levantur. Viris doctissimis Te informandum tradidisti, quorum præceptis  
politur ingenium Tuum. Inde fesso studio incumbis in literas, fere ut in-  
succum & sanguinem convertas libros Tuos. Ex his patet, Te brevi tem-  
pore hacce in musarum sede, tantas in scientiis fecisse progressiones, ut sine  
dubio specimen eruditionis Tuae, hocce in loco acquisire, sis magna cum ap-  
probatione & honore publice exhibitus. Laude ergo, omniumque bono-  
rum gratulatione, ac plausu, dignissimi sunt conatus Tui, versandi, ut Poeta  
ait, quid humeri Tui ferre valeant, quidve recusent. Perge, ut coepisti,  
inde fesso studio & fructu perenni, studia Tua persequi, profecto tunc Tibi  
defendentur, optata dignitatis munera & quilibet fausta ac felicia Te mane-  
bunt, quæ certissime sperate possunt, qui similem Tecum indefessam ac so-  
briam in studiis colendis adhibent curam. Me quoque amicitia Tua, mihi  
exoptatissima, semper complectaris rogo obnixissime. Vale.



## PRÆFAMEN.



Privatis Juris Doctoribus, statuta inclytæ Facultatis Juridicæ Gryphicæ, facultatem publice docendi iura, prohibent, nisi sub illorum Præsidio Dissertatio quedam antea ventilata sit. Ad Dissertationem itaque, vi hujus statuti, ex Jure Civili tam Romano, quam Germanico desumtam: *An avis aviaque nepotibus, vivis adhuc illorum parentibus, tutores constituere testamentarios, valent?* conscribendam, animum compuli, & publice modesto eruditorum examini eandem subjiciendam constitui: Quo legibus prudenter latis obtemperarem, nec Celeberrimæ Facultatis Juridicæ in me benevolentia, qua per semestre spatum facultas Institutiones publice explicandi mihi indulta est, diutius abuterer.

Faxit Deus ter optimus maximus, ut imminentis actus disputationis prospere succedat, & ut aequo suscipias animo, Benevole Lector, exercitium hocce academicum, oro atque rogo.

### CAPUT PRIMUM.

#### De Tutela, ejusque Speciebus.

##### §. I.

**H**omines ad perfectam nondum proiecti æstatem, comprobante experientia, neque se ipsos, nec in bonum actiones dirigere finem, nec quid eligendum, aut fugiendum, neque statum sponte defendere externum, nec se tueri, bonaque prudenter administrare valent. **A 2** **De Tutelæ necessitate.** **matura**

matura ætas vitiiis abundat, morumque probitate eget, & ob rationis defectum, coecam affectibus præstat obedientiam, inque unum alterumve rapitur extreum; Irde ortum trahit luxuria, prodigalitas, quæ juventuti in deliciis, bonaque dilapidantur, & pro divitiis irrumper ægestas. Sceleratissimi inde oriuntur cives, ad nefanda proclives crimina, & inutilia Reipublicæ membra. Quo igitur harum personarum propria felicitas, atque Reipublicæ promoteatur salus, persona, ab hisce vitiis libera, constituenta est, quæ actiones dirigat, mores formet, statumque internum perfectiore ad reddendum summam impendat curam, bonaque, quo conserventur, & augeantur, sincere administrer; Et quum per tutelam hocce obtinetur, necessitatem tuta lex nemo in dubium vocabit.

## §. 2.

**Tam minores quam im-**  
**res, quam im-**  
**res autem respiciat curatela, a Jure Germanico plane alienum vide-**  
**puberes Jure**  
**Germanico**  
**sub tutela**  
**continetur.**

Principium Juris Römani, quod ad impuberes tutela, ad minores quam im-res autem respiciat curatela, a Jure Germanico plane alienum videtur. Non enim annis pubertatis finitur tutela, & initium capit curatela, sed ad annos usque majorenitatis, in invitox etiam a), secundum Jus Germanicum, & praxin hodiernam continuatur tutela b), nec Jus Germanicum antiquum inter impuberes, atque minores ullam statuit differentiam c). Conclusio inde erit inferenda, curatorem, Jure Germanico primario non dari minoribus \*), sed tam minoribus, quam impuberibus constituendum esse tutorem, qui pupilli educationem & bonorum suscipit administrationem.

**Scholion.** \*) Quamvis minoribus primario non derur curator, sed tutor potius; Illis tamen curator, qui tutori adjungitur, constitui potest; Quum tutela in totum non excludat curatelan d), sed quibusdam sub circumstantiis illam admittat.

## §. 3.

**Tutela de-**  
**finitio.**

Tutela igitur pro conceptu Juris Germanici generaliter ita erit definienda, ut non ad impuberes solum, sed minores etiam sit applicanda

a) *Ord. Polit. 1577. Tit. 32. §. 1.*

b) BEYER in *Diff. de hodierna Tut. & Curat. differentia, & HEINEC. CIUS ad Inst. Lib. I. Tit. XXII. §. 278.*

c) GERTNERI *Diff. Iure Germ. impuberes & min. non distinguente.*

d) *Lib. 27. ff. de Test. Tut. L. 9. C. Qui dare Tutor.*

canda (§. 2.) & est officium quasi publicum, quo quis pupilli educationem primario, & bonorum suscipit administrationem. Pupillus autem est, persona sui juris defectu legitime etatis laborans. Illa autem persona, Pupillus & qua pupilli educationem, & bonorum administrationem suscipit Tutor. Definitur Tutor.

audit.

Idiomate germanico per vocabulum *Vormund*, exprimitur tutor, sub quo Scholion.

jure etiam Germanico curator, qui jure Romano minoribus, qua talibus, constituebatur (§. 2.), comprehenditur. Curator autem, qui tutori nonnunquam adjungitur, vel foemini majoribus jure Germanico, ad certum solemnum, vel judiciale expedientum actum, vel certa rei datur, in Jure Lubencensi e) nomen eius *Beyförgers*, & speculo Saxonico f) eius *Borsforgers* recepit.

## §. 4.

Priusquam diversas tutelæ aggredior species, notiones, quæ in definitione suppeditata (§. 3.), latitant, paululum erint adumbranda, legibusque comprobanda, quæque de tutela in genere dici merentur, & ad meum præsentim tendunt scopum, breviter sunt afferenda. Cum per educationem impuberum atque minorum, status tam internus, quam externus illorum reddatur perfectior (§. 1.), ad aliorum autem perfectionem efficiendam homines Jure Natura obligentur (per Lem. J. Nat.) consequens est; Homines ad educationem impuberum atque minorum suscipiendam esse obligatos. Per illam autem educationem Reipublicæ simul obtinetur salus (§. cit.), omnes autem in civium numero recepti, ad Reipublicæ salutem promovendam, se reddiderunt obstrictos, ideoque ad illam pupillorum suscipiendam educationem omnes Reipublicæ obstricti sunt cives. Illam tutelæ onus suscipiendo necessitatem, civibus Jus inculcat Romanum, & civitati adscriptos, ad illud sustinendum, compellit g), quod in foris etiam Germania, omnibus Jureconsultis fatentibus, atque hodierna annunte praxi, recenti adhuc viget consuetudine. Negotium autem, quod cives, ad salutem Reipublicæ promovendam, subire cogantur, Munus vel Officium, in sensu generali, dicitur. Nullum igitur est dubium, quin tutela officium vel munus dici posset. Officium autem, quod immediate ad Reipublicæ tendit salutem, Publicum, audit: Quod vero mediate, ad reipublicæ felicitatem

A 3

licitatem

e) Lib. I. Tit. 7.

f) Lib. I. Tit. 31.

g) Pr. Instit. de Excusat. Tut. &amp; Lib. I. ff. de Vacat. &amp; Excusat. mun.

*licitatem presertim respicit, Quasi-Publicum appellatur. Tutela igitur, quin pupilli felicitatem primario, & per consequentiam reipublicæ modo promovet salutem (§. 1.), non officium publicum, sed quasi publicum dici meretur.*

## §. 5.

Quod constituit in educatione pupilli, & bonorum administratione.

In pupilli autem educatione & bonorum administratione, tutoris constituit officium. Primario enim persona, & secundario rei tutor datur: Pupillum igitur defendere, actiones ejus dirigere, & quæ ad pupilli statum internum perfectiorem reddendum contribuunt, impendere obligatus est *h).* Hoc est primarium tutoris officium, cum quo autem alia adhuc consociata est cura, nempe ut prudenter pupilli bona administret *i),* ne dilapidentur, & status ejus externus efficiatur imperfectior. Tutor igitur, qui utrumque præstabilit, suo plenarie satisfecit officio, finemque obtinuit tutelæ. Innuit & hoc Imperator Justinianus, tutoris constitere officium, in pupilli educatione, bonorumque administratione, definiens: *Tutelam esse vim atque potestatem k).* Vis enim primario ad pupilli respicit educationem, potestas autem, ad bonorum tendit administrationem *l).* Negandum igitur non est, tutoris officium primario in pupilli educatione, & bonorum constitere administratione.

## §. 6.

Differentia inter tutorum & curatores.

Ex iam adductis (§. 5.) differentia inter tutorem, & curatorum per se patebit; Tutor primario persona, & per consequentiam rei, curator autem primario rei, & per consequentiam personæ modo datur *m).* Curator ita etiam constitui potest, ut plane non fulcipient pupilli educationem, si pupillus nempe in tutela, vel patria adhuc constitutus est potestate: Tunc enim ad tutorem (§. 5.), vel patrem pertinet educatio: Curator denique ad certam datus cauam *n),* dirigit tantummodo pupilli actiones, quæ in hanc inserviant causam, ad certam autem cauam tutor

*h) L. pen. PR. ff. de in rem verso & L. 12. §. 3. ff. de Administr. Tut.*

*i) L. 21. §. 2. ff. De Excusat.*

*k) §. 1. Inst. de Tutela & L. 1. ff. cod.*

*l) MARCILIUS ad Institut. pag. 85.*

*m) §. 2. Inst. de Curat. L. 20. ff. de R. N. Lib. 8. C. de nuptiis. Lib. 12. §. pen. ff. de Administr. Tut. n) §. 2. Inst. de Curat.*

tutor constitui nequit <sup>o)</sup>; Hinc habes generales quasdam inter tutorem, & curatorem differentias, quas nec Jus respuit germanicum. Illa autem Juris Romani differentia, quod tutor impuberibus, curator vero minoribus sit constituentus, a jure Germanico plane aliena est (<sup>s. 2.</sup>), quam & minoribus tutor, neutquam autem curator, detur.

## §. 7.

Efflagitat porro tutela definitio, ut adsit persona sui juris, quæ sub tutela continetur (<sup>s. 3.</sup>) Personæ enim alieni juris duplice ex ratione in tutela esse nequeunt; Haec enim sub alterius, patriæ, maritali, juris continetur vel dominica sunt potestate (p. Deff.), quæ autem potestas semper excludit potestatem, ex lege tutoribus concessam. Personarum alieni juris diriguntur actiones, & ab illis, in cuius degunt potestate, suscipitur educatio, tutor ergo ad educationem adipiscire non potest, quæ tamen ad essentiam pertinet tutela (<sup>s. 3.</sup>) Personis igitur, alieno juri subjectis, tutor constitui nequit. Ipsa definitio tutelæ in legibus obvia, satis superque illud confirmat. Definitur enim tutela, quod sit vis, atque potestas in capite libero p): De personis autem sui juris caput prædicatur liberum <sup>p</sup>), ideoque non nisi in personis sui juris, locum invenit tutela.

## §. 8.

&amp;

Tutela denique ad personas, quæ legitimam nondum attigerunt quæ ad personatatem, pertinet (<sup>s. 3.</sup>) Haec enim, cum, ob imbecillitatem ætatis immaturam etatem perfectæ, nequa tuas dirigere actiones, neque bona prudenter administrare valeant (<sup>s. 1.</sup>) indigent omnino, tam ob propriam felicitatem, quam Reipublicæ salutem, tutoris auxilio (<sup>s. 1.</sup>). In jure autem Romano ad pubertatis annos restricta erat tutela, hisce autem inpletis, curatela initium capiebat (<sup>s. 2.</sup> r). Ab hac Juris Romani dispositione Jus longe distat Germanicum, quod ad annos maiorenitatis \*) extendit tutelam <sup>r</sup>) fugitque curatelem minorum, quæ propelleret tutelam (<sup>s. 2.</sup>). Jure igitur Germanico tam impuberis, quam minores in tutela continentur, non autem, neque Jure Germanico, neque Romano

personæ

<sup>o)</sup> p. 4. Inst. Qui Test. Tut. dari possunt.

<sup>p)</sup> p. 1. Inst. de Tutel.

<sup>q)</sup> GELL. N. Att. Lib. 5. Cap. 19. ULPIANI Frag. Tit. IV. p. 15.

<sup>r)</sup> L. fin. C. Quando Tut. esse defini. & P.R. Inst. Quib. modis finit. Tut.

<sup>s)</sup> MEVIUS ad Jus Lubec. Lib. I. Tit. 7. Art. 1, num. 14.

personæ ad annos majorenitatis provecta \*\*), quibus nullus amplius in-  
hæret legitimæ ætatis defectus.

Scholion I. \*) Universalis consuetudine inter Germanicæ antiquæ incolas, annum decimum octavum, pro fine ætatis minoris, receptum suffit, contendit, summa laude dignus LUDEWIGIUS <sup>t)</sup>: Hujus autem asserti veritatem, in dubium haud immerito vocavit. *Illafr. Dom. LEYSER u)*. Id autem firmo statulo, per totam fere Germaniam inter privatos, annum vigesimum quintum pro termino majorenitatis, cum juris Romani usu, esse receptum, & Electoribus annum decimum octavum in *Aurea Bulla* esse concessum <sup>v)</sup>, inque Saxonia annum vigesimum primum, ex inveterata obtinere consuetudine <sup>x)</sup> satis superque constat.

Scholion II. \*\*) Hæ personæ, quamvis in tutela contineri nequeant, ob sexus lubricitatem, animæ vitium, & corporis imbecillitatem, vel aliam cauam, qua efficit, ut rebus suis supereste nequeant <sup>y)</sup>, in curatela tamen redigi possunt. Hinc ex nonnullorum statutorum dispositione sub perpetuo gemiscunt curatela fœmina <sup>z)</sup>, sub qua etiam, furiosi, mente capti, prodigi, absentes, & morbo fontico laborantes, continentur <sup>a)</sup>. Et quamvis ex Jure Lubecensi, fœmine innupta sub perpetua degant curatela, mores taman Pomeranica nostre, & reliquarum provinciarum, in quibus alias Jus viget Lubecense, ab illa recesserunt dispositione, ita ut in feminarum libero possum sit arbitrio, an curatorem petere, atque accipere velint, nec ne <sup>b)</sup>. Ad actum tamen judicialem expediendum, feminis constitutur litis curator <sup>c)</sup>.

## §. 9.

Definitio pro fine nostro paullulum perlostrata, ad diversas tutelæ species erit transgrediendum. In Jure Romano tres afteruntur tutelæ species, prima *Testamentaria*, qua ex testamento, vel codicillo testamento confirmato, in quo tutor designatus, oritur. Legitima, qua immediate ex lege proximioribus defertur, qua proximitas ex jure succedit, Dativa, que auctoritate magistratus cibis

<sup>t)</sup> In der vollständigen Erläut. der G. B. Tit. 7. §. 4. lit. L. m.

<sup>u)</sup> In Addit. XV. ad Diff. de Feudis Brunsvic. <sup>v)</sup> Tit. 7.

<sup>x)</sup> Speculo Sax. Lib. 1. Art. 42. <sup>y)</sup> §. 4. Inst. De Curat.

<sup>z)</sup> Ius Hamb. Lib. 1. Tit. 9. Art. 1. §. 5. Lubec. Lib. 1. Tit. 7. Art. 1. §. 4.

<sup>a)</sup> Iur. Sax. Elect. Part. II. Conf. 15.

<sup>b)</sup> HOPPII Comment. ad Inst. Tit. XXIII. de Curat.

<sup>c)</sup> MEV. Part. V. Decis. 99.

<sup>d)</sup> IDEM ad I. Lub. Lib. I. Tit. 7. Art. 8. num. 26.

<sup>e)</sup> §. 2. Inst. de Legit. Agnat. Tit.

vibus commendatur. Ex Jure autem Germanico quarta, *Pactitia* nem- 4. *Pactitia*,  
pe, descendit tutelæ species, *que tutela in pacto inter vivos determinatur*: Quæ inter Principes atque Imperii Romano Germanici illustres  
præfertim, ad hunc usque diem obtinet. Multi quidem allatam tutelæ  
divisionem rejicunt Doctores, & unicam speciem, dativam nempe,  
admittendam esse contendunt, ego autem, quadripartitam divisionem  
retinendam esse, persuasus sum, atque existimo.

## §. IO.

In Legibus XII. Tab. tutela fundata est testamentaria e). Pater-  
familias enim, de rebus, quas in dominio continent Quiritario, per ul-  
timam voluntatem, pro libitu, disponere valet. Liberi ratione pa-  
trisfamilias pro rebus Jure Romano habentur f), in quas pater domi-  
nium exercebat Quiritarium g): Uti igitur de reliquis rebus patri dis-  
ponere licebat, ita & de liberis suis disponere valebat. Ab ejus igitur  
libera dependet voluntate, an liberis tutores in testamento constituere  
velit, nec ne. A patrisfamilias igitur dominio in liberos Quiritario  
testamentaria dependet tutela. Dominum autem *Quiritarium patris-*  
*familias in liberos*, pro conceptu Juris Romani, *Patriam* constituit *Pa-*  
*testatem*. Fundamentum igitur tutelæ testamentariz in patri positum  
esse potestate nemo negabit h). Duæ generales inde fluunt regulæ:  
Quibus competit patri in liberos potestas, illi tutores in testamento et-  
iam constituere possunt: Cui autem talis non adtribuitur potestas, illis  
tutores dare testamentarios, nec permisum est i).

Tutelæ Te-  
stamentariz  
fundamen-  
tum.

Quamvis ratione patris liberi habentur pro rebus, ratione aliorum tamen  
ingenitorum, atque ciuium personis æquiparantur k). Respectu tuto-  
ris igitur, a patre dati, non pro rebus sed personis liberi reputandi  
sunt, ideoque tutor non rei, sed persona constitutus est.

Scholion.

## §. II.

Ultima regula multas pastas est exceptiones, dum & personis,  
nullam patriam habentibus potestatem, facultas, tutores dandi testa-  
menta-

e) ULP. Frag. Tit. II. §. 14.

f) HEINECC. ad Infl. Lib. I. Tit. IX. §. 135. de Pat. Pot.

g) BYNCKERS. de jure occid. liberos Cap. I. p. 145.

h) L. 73. §. 1. ff. de R. I. §. 3. Inflit. de Tut.

i) per arg. ex L. cit.

k) HEINECCIUS c. l.

mentarios, concessa est. Illas autem, quantum ad nostram adspirent finem, infra afferendi locus erit. Nec de parentum tutela legitima, in præsentia agere lubet, sed breviter illam, in sequenti capite, tangere, constitui.

## CAPUT SECUNDUM.

*Quomodo avus aviaque nepotibus tutores constituat  
Testamentarios, vivis illorum adhuc  
parentibus?*

## §. 12.

Suppedita Prinsquam ulterius progredior, & in quantum avo aviaque tutores tur definitio constitutere testamentarios licet, eriam, nonnullas præmitendas esse definitiones, existimo. Thema Dissertationis nostræ propositum, ut in sequentibus, de avo, aviaque patre, atque matre, nepotibusve agamus, efflagitat. Ut igitur de hisce personis, distinctam suppeditemus ideam, nostrum desiderat officium. Personæ, qua rationem existentias Parentibus, alterius continent proximam, comprobante usu loquendi, vocantur Parentes. Cum ad hanc autem efficiendam existentiam, duæ diversi sexus requirantur personæ, haec etiam diversis consignandæ sunt nominibus. Personæ illa masculini sexus, Pater \*); Altera feminini generis, Matre, Mater audit. Personæ autem, que ex his suam traxerunt existentiam, Liberis, Liberi \*\*); pro sexus diversitate, Filiis, vel Filiae appellantur. Pater bus, patriis, vel matris, Avus, & mater matris, vel patris Avia, & Liberi Avo, Avia & ratione avi, vel avie, dicuntur Nepotes.

Nepotibus. Scholion 1. Patris nomine avus plerunque etiam in Jure venit 1). Glossatores inde universalem traxerunt regulam; quod ubi in Corpore Juris de patre fiat mentio, de avo etiam sit intelligendum m).

Scholion 2. \*\*\*) Liberorum nomine, non liberi solum primi, sed ulterioris etiam gradus, præferim nepotes, in Jure obveniunt, filiorum autem, posthumis, & filiæ n), & nonnunquam nepotes o) continentur.

## §. 13.

1) MEV. ad Ius Lub. P. I. T. I. Arr. 5. n. 9 & 12.

m) BARTOL. in L. Liber: in fin: ff. de V. S. & L. Infl. Interp. & L. parentis.

BALDUS in L. Appell. ff. de V. S. in L. Scimus n. 12. C. de Inoff. Test.

n) L. 6 & 16. ff. de Tur. Test. & p. ult. Infl. Qui Test. Tur. dare poss.

o) L. 84 & 201. ff. de V. S.

Tutelæ testamentarizæ fundamentum in patria consistere potestate; Avus paternus statuit Romanum (§. 10.) Probandum igitur erit, avo, in jure Rō-ternus gau-  
mano, patriam in nepotes concessam esse potestatem, sponte dein flu-  
er, jus, nepotibus tutores constitundi testamentarios, competere avo.  
Ex principio juris Romanii: Quod qui ipse sub alterius dedit potesta-  
te, ille in simili potestate, alium habere nequeat p), concipiendum  
erit: Filium, qui iustas contraxit nupias & ex illis liberos procrea-  
vit, in patriis autem sui remansit potestate, sibi non posse in liberos pa-  
triarii acquirere potestatem, sed dum filius in patria constitutus est  
potestate, nepotes etiam in avi nascuntur potestate q). Vi patriæ po-  
testatis igitur avo, filium emancipare, & nepotes in patria retinere po-  
testate, vel nepotes ex sua dimittere potestate, filium autem ut in  
sua remaneat potestate adigere competit. Avus itaque vi sua potestate  
nepotibus tutores constituisse testamentarios valet (§. 10.). Di-  
versi autem separandi sunt casus, qui illam generalem limitant atque  
restringunt regulam.

Si avus tam filium suum, quam nepotes, sub sua retinuit potes-  
tate patriæ tunc vi potestatis patriæ nepotibus tutores dare testamen-  
tarios haud valet: Avi enim potestate per mortem dissoluta, nepo-  
tes in potestatem recidunt sui patris; Personæ autem quæ in potes-  
tate alterius continentur, alieni juris sunt (§. 7.), ergo & nepotes post  
avi mortem, in potestatem patris relapsi, personis alieni juris sunt an-  
numerandi; Personis autem alieno juri subjectis tutores dari neque-  
unt (§. 7.), ergo nepotibus post mortem avi in patriis potestate relap-  
sis, ab avo nullus constituti potest tutor testamentarius r).

Nepotes in avi remanent potestate, quamvis avus filium eman-  
cipavit suum, vel filius per mortem ex patris excessit potestate, nec avo  
mortuo, nepotes in patris antea emancipati recidunt potestatem, sed  
pro personis sui juris tunc reputantur. Avus autem, vi sua potestatis  
nepotibus, in patris potestatem non redactis, tutores dare testamen-  
tarios, valet s). Avus igitur nepotibus, quos post emancipationem  
filii, in sua retinuit potestate, jure tutores constituendi testamentarios

B 2

gaudet.

Lim. 1.

Lim. 2.

p) L. 21. ff. ad L. Iul. de Adultr.

q) L. 1. ff. de Tute. Test. p. ult. Inst. de Pat. Pot.

r) L. 1. ff. de Test. Tut. p. 3. Inst. de Tute.

s) eod. loco.

gaudet. An autem avus nepotibus emancipatis recte tutores conferat testamentarios, infra paucis evincam. (§. 15. 17. 18.).

## §. 14.

**Avus matrimonius nepotum** cadit mariti, inque aliam, mariti nempe, transit familiali-  
tibus tutores. Hinc dici non potest, filii liberos in avi natos esse potestate, nec pa-  
constituere triam potestatem per filiam in nepotes acquiri posse ayo: Cum se-  
cundum Jus Romanum, nulla gaudet in liberos potestate mater <sup>t)</sup>,  
quæ in avum transferri posset. Sequitur inde ut nulla potestas patria  
avo, in nepotes ex filia natos, competit, quo conclusio porro erit  
inferenda: Avum nepotibus ex filia natis testamento tutores dare  
non posse (§. 10.).

## §. 15.

**Nec avus** Per emancipationem patria dissolvitur potestas. Pater igitur qui  
nepotibus ex filium emancipavit vel simul cum nepotibus; Vel filium in potestate  
mancipatis. retinuit, nepotes autem emancipavit, neque in filium, nec nepotes pa-  
triæ amplius exercet potestatem <sup>u)</sup>. Avo itaque nepotibus semel e-  
mancipatis, vel post parentum emancipationem natis, tutores constitu-  
ere testamentarios, non licet (§. 10.).

## §. 16.

**Nec avia.** Duplex adest ratio, quæ tutores constitueret testamentarios pro-  
hibet aviis. Prima in eo consistit: Quod facultas conficiendi testamen-  
ta, ob defectum juris standi in comitiis, Jure Romano antiquo fœminis  
non sit concessa <sup>v)</sup>: Tutor autem testamentarius, in testamento, vel  
codicillo testamento confirmato necessario consignandus est (§. 9.) <sup>x)</sup>.  
Fœminis igitur, quod de avis fine dubio afferendum etiam erit, jus  
dandi tutores testamentarios competere non potuit. Altera ratio in  
eo posita est, quod matri & avia nulla in liberos & nepotes concessa sit  
potestas (§. 14.) Pro conceptu enim Juris Romani, liberi pro rebus ha-  
bebantur mancipi (§. 10.): In rebus mancipi Quiritarium acquiritur  
dominium (p. Def.). Dominium autem Quiritarium ad solos pertinet  
cives

<sup>r)</sup> §. 10. *Instit. de Adopt.*

<sup>u)</sup> PR. *Instit. Quib. mod. Pat. Pot. solv.*

<sup>v)</sup> HEINECC. in *Anrig. Lib. II. Tit. XXI. & XXII. §. XIX.*

<sup>x)</sup> *L. I. PR. & L. 3. ff. de Test. Tut. L. 73. §. 1. ff. de R. I.*

cives Romanos (p. Def.): Ideoque dominium etiam Quiritarium patrarent in liberos, quod patriam constituit potestatem (§. 10.), ad solos cives respicit Romanos. Foeminæ igitur res mancipi acquirere non poterant; ergo mater, & avia, dominium Quiritarium in liberos, & nepotes sibi vindicare non poterant, ideoque nec potestatem in illos exercere: Qui autem nulla gaudet in liberos potestate, nec illis tutores constitueret testamentarios valet (§. 10.). Mater ergo & avia, liberi ac nepotibus, tutores dare testamentarios haud possunt.

*Illiſtr. Dom. HEINECCIUS y) aliam nobis tradit rationem, quam ob rem matribus jure Romano antiquo nulla competenter in liberos potestas; Quia erant, tanquam filiae familias in mariti manum. Attamen ex illa ratione concepi quidem poterit, matrem durante matrimonio sibi vindicare non potuisse in liberos potestatem, non autem quare dissoluto matrimonii nexu, per mariti mortem, praesertim in liberos post mariti mortem natos, matribus non attribuenda sit potestas, nec illa ratio effectibus matrimonii per usum initi correspondet. Aliam igitur generaliorem afferendam esse rationem statuerim.*

Scholion.

## §. 17.

Quamvis avus paternus nepotibus emancipatis (§. 15.), nec avus maternus (§. 14.), nec avix (§. 16.) nepotibus tutores constitutere testamentarios valent, id jure tamen novo mutatum esse constat: Cum personis nulla gaudentibus potestate in liberos, facultas tutores dandi testamentarios, quibusdam sub circumstantiis, sit concessa. Patri enim, propter naturalem, singularem, & eximum in liberos, etiam emancipatos, amorem, liberis emancipatis tutores constituere testamentarios, permisum est. Ita tamen, ut illa datio magistratus egeat confirmatione 2), quæ autem sine inquisitione impetratur. Idem de avo etiam, non ob rationis identitatem folum a), sed quum sub patris nomine, avus in Jure etiam (§. 12.\*<sup>1</sup>) comprehenditur, erit afferendum. Avo igitur tam paterno, quam materno, nepotibus emancipatis (& qui in nullius dein redacti sunt potestate) tutores dare testamentarios, licet, ita ut accedat magistratus confirmatio, sine inquisitione tamen.

## B 3

## §. 18.

y) *Comment. ad L. Iul. & Pap. Pop. Lib. 2. Cap. 12. §. 138.*

z) *¶ ult. Infl. de Tur. Lib. 1. §. 1. & Lib. 3. ff. de Conf. Tur.*

a) *Per mult. Alleg. apud BARBOSAM Thes. locupler. de Patre & Parent. Axiom. I. p. tot. CYPRÆUS de Sponfaliibus C. 3. §. 4. n. 12. HERT. Pa- roem. Iur. Germi. §. 1. L. I.*

Nepotibus in potestate alterius redactis avo tutores dare testamentarios non licet,

ideoque nec Nepotibus in patris potestate constitutis. Avus nepotibus emancipatis, qui nec sub avi, nec patris, nec alias persona potestate continetur, tutores constituere testamentarios valet (§. 17.). Si autem ratione avi pro emancipatis habentur, in alterius tamen tenentur potestate, personis alieni juris annamerandi sunt (§. 13.), quibus avus tutores constituere non potest testamentarios (§. 7.). Liberi ergo, qui in patris degunt potestate, vel post patris nati sunt emancipationem, vel simul cum patre ab avo emancipati sunt, non recipiunt ab avo tutores. Nonnullas, quæ tutelam avi testamentariam tunc excludant, afferre liceat rationes. 1ma, iam adducta est, quia nepotes, in casu præsupposito, non sui, sed alieni juris sunt: 2da, quia tam educatione, quam bonorum administratione, vi patris potestatis pertinent ad patrem; Tutor igitur ab avo datus, sine pupilli educatione, & bonorum cogitandus esset administratione, quod autem contra ideam Tutoris, & tutelæ essentiam (§. 3 & 5.), ideoque contradictorium esset. Tutela denique est remedium subsidiarium, quæ locum occupat, si liberi cura, & sollicitudine patris, quæ est optima b), destituti sunt c). Ex hisce rationibus, Jus Romanum conclusionem petit: Quod quicunque in patria potestate sunt, illi in tutela esse nequeunt d). Concedes igitur, avum non posse tutores constituere testamentarios nepotibus, qui in patris vivunt adhuc potestate.

Nec Nepotibus arrogantis, dum in patris arrogantis redigatur potestate e). Filius arrogatus igitur, neque ante arrogationem in avi potestate est, quia persona sui juris est, neque post factam arrogationem, quia in patris arrogantis venit potestatem, & alieno juri subjicitur: Hinc sequitur, ut avus neque vi patris potestatis ante arrogationem, neque post illam nepotibus arrogatis, tutores constitutus possit testamentarios (§. 10 & 18). Per adoptionem plenam patria dissolvitur potestas, & filius in patris adoptantis transgreditur potestate f): Avo igitur, nepotibus plene adoptatis, tutores dare testa-

b) L. 7. PR. C. de Curat. Furios.

c) L. 16. PR. ff. de Minor.

d) PR. & p. 1. 2. Inst. de Tut. & PR. I. De his, qui sui vel alieni juris sunt.

e) p. 1. Inst. de Adopt. L. 1. p. 1. L. 2. PR. ff. cod.

f) L. pen. C. De Adopt.

mentarios, non licet (§. cit.). Sin autem avus nepotes, quos in sua te- Nepotes au-  
net potestate, minus plene adoptari passus est, nihilotamen secus in pa- tem minus  
tria remanent potestate nepotes g): Avus igitur vi suæ potestatis nepo- plene ado-  
tibus, minus plene adoptatis, tutores constitui potest testamentarios ptatis ab avo  
(§. 10). tutorem re-  
cipiunt testa-  
mentarium.

Respicendum adhuc erit, an avo, tutores nepotibus dare testa- Avo nepo-  
mentarios, licet, si pater nempe nepotum mortuus, mater autem in vi- tibus tutores  
vis est? Nullum plane adefi dubium, quin avus nepotibus, in sua con- dare testa-  
stitutis potestate, tutores, vi suæ potestatis paternæ, dare posset testa- mentarios  
mentarios (§. 10 & 13.), quamvis mater adhuc vivat. Nobis autem de competit, si  
eo præsertim erit agendum casu, si avus nulla gaudeat amplius in ne- horum pater  
potes potestate. Mater Jure Romano nullam in liberos exercebat po- ter autem in  
testatem (§. 14 & 16.), sed post patris mortem inter personas alieno mortuus, ma-  
juri laud subiectas referebantur liberi. Fœmina quamvis alias secun- potes  
dum Jus Romanum ad tutelæ munus, quod est virile, non admittieban-  
tur, matri tamen singulare ex lege in liberos, indulta est tutelæ, ita ut re-  
liquis legitimis præferatur tutoribus b): Tam ob exiūmum matris in  
liberos amorem, quam etiam, quia immediate ex sanguine matris orti  
sunt, cum reliquis autem agnatis, cognatiſe mediate, per matrem nem-  
pe, vel patrem, sanguine conjuncti sint. Mater igitur reliquos pro-  
ximitate præstat propinquos, ideoque ab hereditate liberorum omnes  
agnatos excludit cognatosve i), quam ob causam & mater in tutela libe-  
rorum legitima hilce erit præferenda (§. 9.). Quidam autem omnis tu-  
tela evanescit legitima, si tutor testamento datus extat k), non est ut  
dubiteamus, quin tutor testamentarius, ab avo nepotibus datus, matri sit  
præferendus. Sin autem Mater liberorum jam adiit atque gesit tu-  
telam, tunc legitima matris tutela, testamentariam avi vel plane exclu-  
dit, vel suspendit: Quia tutori legitimo, qui actu tutelam administrat,  
aliius, de regula, adjungi non potest tutor l). Tutor itaque, ab avo  
nepotibus in testamento datus, matrem a tutela iamjam cœpta exclu-  
dere non potest. Quidam autem testator in testamento, sub conditione,

obligato  
tutori  
erit in  
testam  
tutori  
l)

vel

g) §. 2. Inst. de Adopt.

h) Avth. Matri &amp; avia C. Qu. Mul. Tur. off. fung. Novell. 118. cap. 5.

i) §. 4. 5. Inst. de SC. Tertulliano.

k) L. ff. P.R. ff. de Test. Tut.

l) §. 5. Inst. De Curatoribus.

vel ut a certo tempore, officium suscipiat tutelæ, constitueret potest tutorem *m*), & a vo ita tutorem testamentarium nepotibus dare licet, ut, finita tutela matris legitima, e. gr. si ad secunda transiret vota, tutelæ subeat munus. Illa itaque suspenditur tutela, usque ad conditio adjecta impleta est. Quamvis regulariter quidem, tutorem habent non detur tutor, ab hacce tamen regula leges expresse unum excipiunt casum; Si nempe tutor conqueritur, se non sufficere solum administrare tutelam, tunc & ei aliis adjungi potest tutor *n*). Avus igitur ad hanc querelam tollendam, tutorem testamentarium matri adjungere potest.

## §. 21.

An a vo ne-  
potibus ex-  
patris pote-  
state dimissis,  
tutores con-  
stituere testa-  
mentarios  
competat?

Avum, nepotibus in patria constitutis potestate, tutorem dare non posse testamentarium, supra jamjam probatum dedi (§. 18.). Illustrandum adhuc erit, an avus nepotibus, ex patris potestate dimissis, tutores constituere testamentarios valeat? Post emancipationem liberorum im- puberum, patri secundum Jus Romanum tutela legitima, exemplo Pa- tronorum, vindicatur *o*). Quia autem tutela legitima nondum suscep- ta testamentaria cedit (§. 20.), consequens est: Tutorem ab a vo in testamento nepotibus datum, legitimam patris excludere tutelam, nondum suscepit. Sin autem pater, filii sui emancipati factus jam est tu- tor, alius constitui non potest tutor (§. 20.). Avus itaque patri, qui tute- lam liberorum emancipatorum jamjam suscepit, alium tutorem testa- mentarium adjungere non potest: Nisi sub conditione, si patris tutela finita esset, & nepotes adhuc indigerent tutoribus, vel si pater queritur, se tutelæ munere solum fungi, esse imparem (§. 20.).

## §. 22.

Quomodo  
avia nepoti-  
bus tutores  
constitut  
testamenta-  
rios?

Confero me denique ad avias, & quamvis Iure Romano antiquo nepotibus tutores dare non possent testamentarios (§. 16.) Iure tamen novo id mutatum, esse sequentia docebunt.

Fœminis jure novo testamenti factionem activam, concessam esse satis superque constat. Primum igitur impedimentum, quod fœminis, tutores dare testamentarios, obstat evanescit (§. 16.): Et alterum multis per leges destructum est modis, cum, sub quibusdam circum- stantiis

*m*) L. 8. §. 2. ff. de Test. Tut. §. 3. Inst. cod.

*n*) L. 21. §. 2. & ult. ff. de Excusat. & L. 39. §. 8. ff. de Administ. Tut.

*o*) Tit. XVIII. Inst. de Legit. Parent. Tut.

stantis personis nullam in liberos potestate habentibus tutores constituti testamentarios concessa sit facultas. Sic & matri, quæ nulla gaudet in liberos potestate, ob naturalem inclinationem, exinium in liberos amorem, & præsumptionem, se optimum pro illis cepturam consilium, facultas liberis tutores dandi testamentarios, indulta est. Desiderant autem leges simul, ut mater liberos instituat heredes p) & ultra quidem legitimam, tunc data tutela ob benignam matris sustinetur voluntatem, indiget tamen confirmatione magistratus, cum inquisitione q). Sin autem quoad legitimam, vel plane non mater liberos heredes scripsit, vel alio titulo, legati, aut fideicommissi, liberos in testamento aliquid reliquit, simul autem tutores constituit, tunc in omnibus adductis casibus a magistratus voluntate, atque libero dependet arbitrio, an tutorem, a matre ita datum, ad tutelam admittere velit, nec ne r). Ideoque confirmatio, quæ cum inquisitione a magistratu datur, non ex juris necessitate fluit, sed in sola magistratus fundata est auctoritate \*). Ob rationis identitatem non solum idem de aviis erit asserendum, quæ ardenti amore in nepotes flagrant, sed etiam, quia Jure Romano extraneo tutorem constituendi testamentarium concessa est potestas, avia autem causa pro extraneo omnino melior reputanda est, majori igitur jure aviis, tutores nepotibus dare testamentarios, competit. Et quamvis expressam legis non inveni dispositionem, quæ aviis, potestas nepotibus, tutores constitundi testamentarios, esset concessa, per argumentationem tamen ex Lege II. ff. De Confir. Tut. vel Curat. pro aviis argumentum trahi proterit, nec non ex Lege 2. ff. cod. Quo verba ita fluunt: MULIER LIBERIS non recte testamento tutorem dat, sed si dederit, decreto Pratoris, vel Pro-Consulis ex inquisitione confirmatur &c. Vocabulum mulier est generale, sub quo non mater solum, sed avia etiam comprehenditur; sub nomine Liberorum autem, nepotes in Jure etiam obveniunt (§. 12. not. \*). Concedes igitur, adductam legis dispositionem ad aviam posse etiam interpretari, & si omnes colligas rationes, a me allatas, nullum supererit dubium, quin de aviis idem esset intelligendum, quod de matre, tutorem dante, leges disponunt.

p) L. Pater 4. ff. de Test. Tur.

q) L. 2. ff. de Confir. Tut.

r) L. 4. C. de Test. Tur. &amp; Bynkersh. Obser. Lib. 2. Cap. 17.

\*) Si

Scholion.

\* ) Si mater vel avia in testamento tutorem designavit, liberos autem heredes non instituit, vel legitimam modo, vel plane nihil illis reliquit, hi tutores non pro testamentariis sed dativis reputandi sunt<sup>1)</sup>. Non enim ad tutelam admittuntur, quia in testamento dati sunt, sed quia magistratus illos admittere voluit, nec ob defuncti voluntatem, quam magistratus alias sequi tenet<sup>2)</sup>, subeunt tutelam, sed ob judicis iudicium.

## §. 23.

Ulterius de-  
ducitur.

Ex supra jamjam adductis cognosci poterit, aviam nepotibus, in patris, vel avi, constitutis potestate, tutorem constituere non posse testamentarium (§. 7. & 18.): Nec arrogat vel plene adoptatis (§. 19.): Sed emancipatis, qui in tutela non continentur (§. 20.): Sin autem tutor legitimus, vel dativus tutelam jamjam suscepit, tutor ab avia datum admittendus non erit (§. 20.), nisi sub limitationibus paragrapho citate adjectis.

## §. 24.

Tutela te-  
stamentaria  
ex Jure Ro-  
mano in fo-  
ris Germanie  
translata est.

Omnia hucusque allata, ex Jure Romano desumpta sunt, ejusque principiis, ut mihi persuasum habeo, exacte convenient; Confero me autem ad Jus Germanicum, & per vestigabo, in quantum illud avo, aviaeque, nepotibus tutorem dare testamentarium, permittat; Quod omnino cognosci poterit, si constat, in quantum Jus Romanum sit receptum, & cum Juris Germanici convenient principiis, illud igitur a me erit adhuc eruendum.

Testamenta veteribus Germanie incolis fuisse incognita, ex TESTAMENTO fatis superque constat<sup>3)</sup>, nec in antiquissimis Germanie legibus testamentorum invenies monumenta, nec usu Germanos inter antiquissimos illa invaluisse reperies. Sequenti autem tempore, populi, Italie confines, testamenta condere cœperunt, usus tamen illorum exiguis, & fere nullus erat. Cum receptione Juris autem Romani, magnum inter Germanos cœpit incrementum testamenti factio, tam ob eximum Juris exoticæ auctoritatem, quam ob persuasions Clericorum. Testamenta igitur non ex moribus, vel Germanie descendant legibus, sed inter Germanos ex legibus Romanis desumpta sunt, ideoque illam fere retinuerunt formam, quam Jus Romanum illis dedit<sup>4)</sup>, quod ex

Constitu-

3) Lib. 5. ff. de Confir. Tutor.

4) L. 1. §. 1. Lib. 3. ff. eod. &amp; Lib. 26. §. 2. ff. De Test. Tur.

2) De Moribus Germanorum, C. 20.

v) KOPP. de Test. Germ.

Constitutione MAXIMILIANI I. cognosci poterit x). Cum defectu autem testamentorum, necessario tutelæ testamentariæ conjunctus est defectus; Tutela enim testamentaria, sine testamento cogitari non potest (§. 9), non aliter igitur fieri potuit, quam ut nullus eslet inter Germanos tutelæ testamentariæ usus. Cum autem testamenta inter illos introducta sunt, tutela etiam testamentaria suum sumvit initium, quamvis non negandum, testamentorum usum longe antea fuisse, quam tutela testamentaria inter illos recepta esset; Et primum exemplum, tempore LUDOVICI BARBATI, Electoris Palatini, An. C. 1437. mortuus, exhibent Doctores y). Quamvis alii ex antiquioribus exemplis illam evincere cupiant z); Concedunt tamen, ob tutelas pacitias, legitimas, & dativas, tutelæ testamentariæ usum esse opprimum. Id factis superque demonstrat, tutelam testamentariam, & legibus & Germanicis moribus non esse enatam, sed cum testamentis originem ex jure paulatim traxisse Romano. Discutiendum itaque erit, in quantum principia Juris Romani, de tutela avi testamentaria supra explicata, principiis Juris Germanici convenient.

## §. 25.

Parentibus quamvis Jure Germanico dominium, ut Jus Romanum statuit (§. 10.) non competit in liberos, Potestas tamen conceditur parentibus \*), quæ ex primario illorum officio, ex educatione secundum Jus nemppe, ut Jus Naturæ a), & Leges docent Germaniz b), præcipue fluit, fine qua potestate educatio haud obtineri potest. Quum autem non liberos potest ad patrem solum, sed ad matrem etiam, ex matrimonii fine, respicit stas. educatio, ideo tam patri, quam matri potestas competit in liberos paterna, maternaque, secundum Jus Natura, æque ac Germanicum c). Matri tamen potestas in multis, ob potestatem maritalem, restringitur a patre.

## C. 2.

\*) Pro

x) Von Notarien de 1512.

y) SCHILTERI Exerc. ad ff. 37. §. 34.

z) HERTIUS de Spec. Rom. Germ. Imp. rebusp. Seſt. 2. §. 17.

a) HUGO GROTIUS D. I. B. &amp; P. Lib. II. Cap. V. §. 1. PUFFENDORFF, BARBYRAK, GLAEFY &amp; Excell. Dom. AHLWARDTS Einleitung in die Philosophie §. 985.

b) L. VISIGOTH. IV. 2. 14. BURGUND. Tit. 59. BAJUAR. Tit. VI-VII. §. 1. seqq. &amp; XIV.

c) G. A. RENZA Mint. I. Rom. &amp; Germ. in materia Pat. Pot. conspicua.

## Scholion.

\*<sup>3</sup>) Pro conceptu Juris Naturæ, atque Germanici Parentum Potestas, in complexu omnium iurium, que parentibus competunt in liberos, constitit. Illud Jus autem, a dominii jure plane diversum est, & sub illo sicut aliud intelligendum erit, quam facultas quedam moralis, parentibus concessa, omnia, quæ ad utilitatem liberorum tendunt, & ad illorum respiciunt educationem, suscipiendi, fructusque ex illorum percipiendi bonis, sibi per illos acquirendi.

## §. 26.

Non autem Inquirendum etiam erit, an avo, aviaque secundum Jus Germanicum competit in nepotes potestas? Quod negandum omnino videatur: Principiis Juris enim Naturæ, Jus inhæret Germanicum, & ad illa parentum determinat in liberos potestatem: Jus autem Naturæ, ut supra dictum (§. 25.), ex educatione, parentum in liberos desumit potestatem, educatio autem ex paternitate, vel maternitate, id est, ex procreatione, quam matrimonii efflagitat finis, scaturit, atque descendit: Procreatio autem liberorum unice ad patrem relpicit matremve, ideoque ad hos solos liberorum etiam pertinet educatio, & in illos patria, maternave potestas. Avus igitur aviaque non procrearunt nepotes, quam ob causam nec ad nepotum educationem adspirare, nec potestatem patriam in illos sibi vindicare possunt. Hinc porro sequitur, ut avo & avia in nepotes, ex filio nondum emancipato natos, nulla competit potestas, ex eodem fuit denique principio, ut avus non possit emancipare nepotes, & filium in sua retinere potestate, nec filium ex potestate dimittere, & nepotem retinere. Idem comprobat HOPPIUS dicens:

*Hodie cum uti sepius dicunt, ubique fere locorum nepotes non sunt amplius in potestate avi, sed patris sūi, hinc frustra videtur queri: An retento in potestate filio, emancipare possit nepotes, aut vice versa &c.*

## §. 27.

ideoque ne- Hisce principiis suppedatis, nemo inficias ibit, non patrem solum, sed matrem etiam, vi suæ potestatis paternæ, maternæve (§. 25.), liberi tutores posse constituere testamentarios (§. 10.). Quam autem avus & avia nulla gaudeat in nepotes potestate (§. 26.), ideoque per se patet, avum, aviamque Iure Germanico nepotibus tutores non constitui posse testamentarios, ob potestatem (§. 10.), nec in eo casu,

potibus tu-  
tores testa-  
mentarios  
dare neque-  
unt.

*a) Comm. ad Inst. L. 1. Tit. XII. §. 7. in Usu bōd.*

Si avus filium in sua retinuisse potestate, & nepos, ex filio nondum emancipato (§. 26.), natus esset <sup>e)</sup>.

## §. 28.

Quamvis quidem afferui, avum aviamque vi potestatis nepotibus tutores dare non posse testamentarios (§. 27.), negandum tamen non est, avo, aviaque facultatem nepotibus tutores constituerendi testamente-rios, ob singularem, atque eximium in illos auorem, esse indultam, & Juris Romani dispositionem in eo receptam. Inquirendum igitur erit in diversos obvenientes casus, in quibus, praesertim tutor nepotibus ab avo, aviaque in testamento datus, ad tutelam possit admitti. Id antea tamen monendum mihi videtur: Confirmationem, quam Jus exigit Romanum, ob defectum quendam lanabilem, in tutela testamentaria obviam, secundum Jus Germanicum plane cessare; Confirmationem autem in praxi tutoribus necessaria, alium plane intendit finem; Ut magistratus nempe inquirat, an tutor officio suo satisfacere valeat, & pupilli bona sint secura. Omnes itaque tutores, tam legitimi, quam testamentarii atque dativi tali indigent confirmatione, quamvis tutores testamentarii recte dati sint, nec ullo laborent defectu. f)

## §. 29.

Liberos, in patria constitutos potestate, tutores recipere non posse, quod contra ideam, essentiam, finemque tutelæ est, supra jamjam probatum dedi (§. 18.). Firmo igitur stat falo, avum aviamque nepotibus, in patris viventibus potestate, Jure Germanico tutores dare non posse testamentarios (§. cit.). Concludi igitur poterit: Cum furor patris, filii adoptio minus plena, relegatio simplex, dignitas filii &c., patriam non tollat potestatem, quod in adductis casibus, avo, aviaque nepotibus tutores constitueri testamentarios haud licet.

## §. 30.

Ad præscriptum Juri Germanici, non patri solum, sed mati etiam, in liberos competit potestas (§. 25.): Si itaque pater mortuus est,

C. 3

Nepotes in patris potestate constituti ab avo aviaque tutores non recipiunt testamento-rii, liberi de nepotibus in matris po-

e) HOPPIUS in Comm. ad Inst. Lib. I. Tit. XIII. ad §. 3. in usu hodi.

f) Ord. Polit. de 1548. Tit. Von den Papillen und minderjährigen Kin-  
der. Tutoren und Vormändern, & de 1577. Tit. 32. §. 12. Jus Lub.  
Lib. I. Tit. 7. Art. 2.

testate con- liberi remanent in matris potestate *g*), ideoque in numero personarum, stitutis valet. alieno juri subjectarum, ponendi sunt. Personæ autem alieni juris, & quæ in parentum adhuc degunt potestate tutores recipere nequeunt (*§. 7 & 18.*), quare nec liberis, post patris mortem, in materna remanentibus potestate, tutores constitui possunt, ideoque nepotibus, qui in matris continentur potestate, avus, aviaque Jure Germanico tutores dare testamentarios non valent *\*)*. Et quin matris in liberos potestas, per secundas quas contraxit nuptias, non dissolvitur, cognosci etiam poterit, quare, pro meo iudicio, nec avus, nec avia, si mater ad secunda transit vota, nepotibus tutores in testamento constituere queat *\*\*)*.

**Scholion 1.** *\*)* Multi quidem contendunt Doctores, quod mater legitimis & dative preferenda sit tutoribus, testamentariis autem postponenda *b*), ideoque tutor nepotibus ab avo, aviaque in testamento datus excludat matrem. Attamen illi Doctiores, ut vera fatear, plurimum falluntur, dum dispositioni Juris Romani inhaerent; secundum quam matris tutela, non ex materna potestate, sed ex proximitate (*§. 20.*) fluit, quare tutela matris pro legitima habetur (*§. cit.*), quæ quidem legitimæ & dative preferenda tutela, non autem testamentaria. Sin itaque Juris Germanici assumitur principium, secundum quod educatio liberorum, & honorum administratio, vi maternæ potestatis, matri competit (*§. 25. not. \**), concedes, in liberos tutelam tunc cadere non posse (*§. 7 & 18.*), & matris potestatem tutelam excludere testamentariam. Afferunt quidam Doctores tutorem, a patre in testamento datum excludere matrem, id cum aliis Doctoribus *i*) mihi tamen negandum videtur, cum potestas maritallis Jure Germanico talem non involvit vim atque efficaciam, ut maritus uxori potestatem in liberos plane adimere posset: Id tamen concedo patrem, & avum matri contutorem adjungere posse, vel curatorem, quod principiis Juris Germanici congruum esse videtur *k*), & ut mater, liberorum suorum tutrix, consanguineos, atque propinquos in consilium vocet, Jure Suecico *l*) expresse dispositum legimus.

**Scholion 2.** *\*\*) Si mater ad secunda transvolat yota, ex Juris Romani dispositione a tutela coeretur; Præsumitur enim, affectionem tunc mutatam esse maternam; ideoque primaria cadit ratio, ob quam Jus Romanum matr vindi-*

*g) L. WISIGOTH. 4. 2. 13.*

*h) EYBEN de Tut. femin. memb. 5. Tb. 6. HAHN de Tut. Matern. Pos. 46.*

*i) BALD. L. 1. Conf. 173. NEUENHAGEN in Tract. de Viduar. jure noviss.*

*Sept. 30. Lit. C. 69. collatione *k) LUDEVIG de Tutela Materna.**

*l) Gistermuls Balk. cap. II. & LOCCENIUS in Synop. Diff. 5. Qu. 7. Exercit. Jur. 5. Th. 14.*

vindicavit tutelam, quæ in singulari matris erga liberos posita est afferione. Nonnulli, & in hoc casu, sequuntur Jureconsulti Juris Romanii dispositionem, principiorum Juris Germanici plane immemores, & contendunt, tutelam matris, secundas si contraxerit nuptias, per se expiriare <sup>m)</sup>. Alii autem, qui ad genuina, veraque juris Germanici respiciunt principia, non aliter, quam ut matris tutela per secundas finiri non queat nuptias, afferere possunt <sup>n)</sup>, quod & legibus Suio-Gothicis conveniens o).

## §. 3.

Discutiendum adhuc erit, priusquam ulterius progredior, an avo, aviaque, qui nepotes in testamento heredes scripsit, vel legati, aut fidicommisso titulo, nonnulla assignavit bona, tutores constitutere testamentarios liceat, quamvis in patris, vel matris contineantur potestate. Quod omnino erit negandum. Cura enim atque parentum tutela, quæ est optima, reliquos excludit tutores (§. 18.). 2. Nepotes, qui in patris, matrisve degunt potestate, non sibi, sed alieni sunt juris; Personis autem alieni juris nullus constituit potest tutor (§. 7.), ergo & nepotes, qui in parentum vivunt potestate, ab avo, aviaque tutores recipere nequeunt testamentarios. 3. Educatio liberorum ad parentes permittet necessario (§. 25.), tutor igitur ab avo, aviaque datus, a parentibus ab educatione excludetur; Tutorem autem, cui non competenter facultas educandi pupilos, sibi cogitare velle, est contradicitorium (§. 5.), inde patebit, avum, aviamque nepotibus in parentum potestate constitutis, tutorem dare non posse testamentarium. 4. Ultimum denique, quod proxime concludit, argumentum, in eo positum est, quod tutori ab avo, vel avia dato, competere nequeat facultas bona, in testamento ad nepotes translata, administrandi. Nepotibus enim in hæc bona dominium diversum competit atque separatum, a rebus, in quas pater exercet dominium; Res autem quas liberi jure tenent dominii, diversum a patris dominio, Peculum audit: Hereditas igitur ab avo, aviaque nepotibus relicta, refertur ad peculium. Peculum autem quod non ex ære patris, sed aliunde proficiuntur, Adventitium dicitur;

Quod

An avus a-  
viaque nepo-  
tibus in pa-  
rentum po-  
testate con-  
stitutis tuto-  
rem dare va-  
leant testa-  
mentarium,  
si illos simul  
heredes scri-  
perint?

<sup>m)</sup> SANDE L. 2. Decis. Tit. 9. Def. 3.

<sup>n)</sup> ENGAUS J. C. Germ. Lib. I. Tit. XXV. §. CCCCIX. & STRYCK. De  
Tut. mat. Principum Imperii.

o) Gisfermuls Balt. C. II. & LOCCENIUS in Synops. Juris Diff. 4. qu. 6.

p) L. fin. §. 3. C. de Bou. quæ Liberis.

Quod itaque avus, aviaque nepotibus suis in testamento designavit, ad peculium pertinet adventitium. Patri \*) autem bonorum liberorum adventiticrum libera competit administratio, quæ est patriæ potestatis effectus q): Hinc sequitur, ut pater tutorum, ab avo aviaque, ob rem in testamento assignatam, datum, a tutela excludat, dum tutor horum bonorum administrationem, quæ ad patrem respicit, sibi vindicare non potest r).

Scholion.

\*) Jure quamvis Romano peculiorum adventitiorum patri competit administratio, matri illa tamen denegabatur, cum nulla in liberos gauderet potestate, quare nec effectus, ex illa securientes potestate, in eam redundare poterant. Jure tamen Germanico peculiorum adventitiorum matri vindicanda est administratio, ob potestatem maternam, quam Jus Germanicum matri concedit (§. 25.); Quod igitur in spho de patre dictum, de matre etiam secundum Jus Germanicum erit intelligendum.

### §. 32.

Afferuntur  
exceptiones nes-  
nonnullæ,

Nonnullas, præcedenti in paragrapto dicta, admittunt exceptiones. A principiis enim Juris Germanici non abhorret, si matri, quæ vi sua potestatis maternæ tutelam administrat liberorum (§. 30.), adiungatur contutor, vel curator, quem nonnullæ efflagitant atque desiderant Germaniæ leges r), nec ullæ obstat dubitandi ratio, quare nec avus, aviaque in testamentis suis, si pars præsertim hæreditatis nepotibus esset assignata, contutorem matri adjungere poscent, vel curatorem. Leges enim generaliter disponunt, nec expresse, ut contutor, vel curator ex agnitorum, cognatorumve defumatur numero, aut a magistratu constituiatur, efflagitant. Quamvis quidem avus, ob hereditatem in testamento nepotibus relictami, illis, quam diu in parentum continentur potestate, tutorem constituere non valet, parentibus tamen administrationem bonorum testamento assignatorum admere, & alteri conferre potest. Illa enim bona inter peculia referuntur adventitia (§. 31.) in illis autem peculiis, a persona constituentis dependet voluntate, an parentibus administrationem hujus peculiæ concedere velit, vel alteri conferre, inde sequitur, ut avus in bonis testamento nepotibus collatis, parentibus detrahere possit administrationem, & ad illam suscipiendam curatorem constituere valeat t).

q) L. 6. C. cod. Tit. r) §. 1. Inst. Per quas Pers. cuique acquir.

JUS PRUT. L. 2. Tit. 6. Art. 2. §. fin. IUS HAMB. Part. 3. Tit. 6. art. 5.

& CARPZ. P. 4. C. 11. Def. 12.

t) per. arg. Nov. 117. C. 1. L. ff. §. 1. C. De bon. quæ lib.

## §. 33.

Raro quamvis quidem in foro obveniat adoptio atque arrogatio. Tutores non plane tamen extra ultum non est *ii*), nec veteribus Germania*x* incolis recipiunt ne- incognita erat; Adoptionis enim usus inter *Francos* pr&fertim, *Gotbor*, potes arro- atque *Longobardos*, per baptisnum, barbam, clypeos, equos, hastam, ne adoptati. aliaque signa bellica adoptantes, invalidit *v*). Cuius autem adoptio plena, & arrogatio patriam fundat potestate (*§. 19.*), nepotes autem in patria constituti potestate, ab avo aviaque tutorem recipere neque- ant testamentarium (*§. 13. 18. 29 & 30.*), sequitur ut avus aviaque nepo- tibus arrogatis, vel plene adoptatis tutorem constituere testamentarium non valeant.

## §. 34.

Determinavi hucusque in quantum avo aviaque nepotibus in pa- Quomodo  
rentum potestate constitutis, Jure Germanico, tutores conferre liceat avus aviaque testamentarios, perquirendum adhuc itaque erit, in quantum nepoti- nepotibus e- bus emancipatis tutores constituere valeant testametnarios, horum mancipatis quampvis parentes adhuc vivant. Parentes liberos emancipantes, Jure tutorem con- Patronatus, tutelam in liberos emancipatos, Jure Germanico, sibi vin- stituunt te- dicare nequeunt; Emancipatio enim romana, fatentibus omnibus Ju- flamenta. rium? reconsulis, extra usum est; & Jus Patronatus plane cessat. Ob san- guinis autem proximitatem legitimam subeunt parentes tutelam (*§. 18.*). Cum autem tutela legitima nondum suscepta, a tutela excludatur testa- mentaria (*§. 21.*), consequens est, & avus aviaque nepotibus, a parenti- bus emancipatis, tutorem constituere valeant testamentarium, qui a tu- tula legitima, nondum suscepcta, coercet parentes.

Exceptiones, quas hæc generalis admittit regula, longa ut afferam serie superfluum duco.

## §. 35.

Sin autem parentes liberorum emancipatorum jamjam suscep- Avus avia-  
runt tutelam, vel alius tutor illis constitutus esset, testamentarius ad- que nepoti-  
mitti amplius non potest tutor (*§. 22.*), fluit inde, ut avus aviaque ne- bus emaci-  
potibus emancipatis, in parentum tutela actu constitutis, tutorem dare patis in tute- D la parentum  
nequeant actu constitu-

*ii) HOPPIUS in Comm. ad Inst. Tit. XI. §. 1.*

*v) EVERH. OTTO Iurisp. Symb. exerc. III. c. 7. § 9. KULPIS. de Adopt. & emancip. c. 1. §. 15. sqq. L. LONGOBARD. II. 16. 1.*

tis, tutores nequeant testamentariorum. Nonnulli tamen excipiendi sunt casus, quæ testamentarios dare nequeunt. ex supra allatis concipiendæ erunt exceptions: 1. Si pater ob grave tutela gemiscit onus, ideoque quo contutor detur desideraret, quo ca-  
fū ab avo aviaque tutor patri adjungi poterit testamentarius (§. 21).  
2. Si mater liberorum gerit tutelam, tunc & avus contutorem matri subordinare potest (§. 32). Denique 3. Si avus, aviaque sub illa con-  
ditione, finita parentum tutela, tutorem constituerunt testamentarium,  
(§. 21).

## §. 36.

nec illis, qui in tutela agnitorum vel extranei sunt. Quod in spho antecedenti dictum, applicandum etiam erit sine dubio, ad nepotes emancipatos, qui in parentum quidem haud continentur tutela, sed quæ ad legitimos agnatos, cognatosve delata est, vel auctoritate magistratus extraneo injuncta; Quia tutorem habenti tutor constitui non potest (§. 20.), nisi in casu primo & secundo §. 35. prolatlo.

## §. 37.

Affuruntur nonnullæ questio[n]es resolvenda. Priusquam Dissertationi finem imponam, nonnullæ restant quæstiones resolvenda, nempe; An avus aviaque Jure Germanico, nepotibus, hereditatem, legatum aut fideicommissum relinquere debeant, dum illis tutores constituerunt testamentarios? An nepotes, in parentum potestate constituti, legatum, sub illa conditione reliquum, ut tutorem accipient, capiant? An in testamento solemnii, vel minus solemnii tutores ab avo dandi sint? & denique an tutelam subeat tutor nepotibus datus, si testamentum corruat?

## §. 38.

Resolvitur. Pater, qua sub appellatione & avus comprehenditur (§. 12. n. \*), liberi exheredatis tutorem constituere valet testamentariorum x). Mater autem, quod de avia etiam praedicandum, ultra legitimam liberos heredes instituere obligata est, si tutorem illis constitutere vellet testa-  
mentarium (§. 22). Ille autem Juris Romani rigor paululum dein limitatus est, ita ut matri, aviaque liberis nepotibusve tutores dandi testamentarios concessa sit facultas, quamvis nihil plane illis reliquerint (§. cit.), ille tamen defecitus per magistratus confirmationem fa-  
cundus

x) L. 4 ff. de Test. Tit. HUB. Diff. Lib. 2. Diff. 4. p. 228.

nandus est, alias quamvis tutela subsistat (§. cit.): Quod Jure Germanico firmiori afferendum erit jure, cum tutores testamentarii non rite dati hand indigeant, ob defectum in modo dandi commissum, confirmatione, quæ Juri Germanico plane incognita (§. 28), sed quamvis in modo constituendi defectus obvius est, tutela tamen sine confirmatione subsistat: Ex hisce presuppositis omnino inferri poterit, tam avum, quam aviam nepotibus tutorem constitutere posse testamentarium, quamvis heredes illos non scriplerint, nec quidquam in testamento illis reliquerint, nec tutores ita dati Jure Germanico ulla indigent confirmatione: Tali nempe, quam Jus Romanum ob defectum in modo dandi commissum efflagitat.

## §. 39.

Legatum, cum quo defunctus conditionem conjunxit impossibilem, ita subsistit, ut conditio pro non adiecta habeatur <sup>2da questio.</sup>: Id est; Legatum capitul. ac si nulla conditio illi esset adjuncta. Ut liberi, in parentum viventes potestate, recipient tutorem, contradictionem involvit (§. 18 & 31.), quod contradictionem autem involvit est impossibile; Conditio igitur, sub qua avus aviaque nepotibus, in parentum potestate constitutis, legatum assignavit, ut simul recipient tutorem in testamento datum, inter hypotheticim impossibilites ponenda est, ideoque pro non adiecta habenda, quam ob rem nepotes capiunt legatum, quamvis non recipient tutorem ab avo, aviaque in testamento constitutum.

## §. 40.

Ad tutelæ testamentariæ essentiam perfinet, ut tutor testamentarius in testamento, vel codicillo testamento confirmato, detur (p. Def. & §.): Avus itaque aviaque in testamento condito, vel codicillo testamento confirmato, nepotibus, tutorem consignare tenentur. Quum autem dispositio parentum inter liberos non testamentum desiderat solemnem, sed minus solemnem <sup>z)</sup>, avi autem aviaque dispositio ad nepotum tutelam respiciens, omnino pro parentum dispositione inter liberos reputanda est, sequitur, ut in testamento minus solemnii avus aviaque nepotibus tutores constituere valeant.

\*) JURE

y) L. 1. 9. 14 &amp; 15. ff. de Cond. Institutionum.

z) Lib. 21. §. 1. C. De Test. Nov. 107. Cap. 1.

**Scholion.** \*) Jure autem Romano tutores a parentibus in testamento minus solemniter dati, confirmatione magistratus indigebant a), quæ autem, ut mihi videtur, hodie cessat (§. 28.), quamvis Scabini Lipſenses b), Helmſtadienses c) & alii Doctores illam efflagitaverint.

## §. 41.

4ta resolvi- Multis variisque testamentaria infringuntur modis. Alia sunt nullatur quæſtio- ſeu iuſta, alia irrita, & deſtituta, alia ruinipuntur. Quia autem omnia teſtamenta capita, id eſt, omne quod in teſtamento diſpoſitum legimus, corruant, ſi teſtamentum irritum factum, vel deſtitutum vel ruptum eſt d), ſequitur omnino, ut tunc etiam, omne, quod defunctus de tutela diſpoſuit, corruat, ideoque & tutor, ab avo aviaque in teſtamento rupto, irrito vel deſtituto datus nepotibus, ad tutelam accedere nequeat. Quamvis quidem in teſtamento nullo Jure Digestorum atque Codicis non hereditis ſolum iuſtitio, ſed reliqua etiam teſtamenti capita corruant, id Jure tamen novo ita mutatum eſt; ut deſcendentium & aſcendentium querela iuſtitutionem tantum impugnet e), fratrium autem tam hereditis iuſtitutionem, quam reliqua teſtamenti capta f); In priori itaque caſu hereditis iuſtitio corrui, reliqua autem teſtamenti capita intacta remanent, in posteriori autem totum reſcinditur teſtamentum. Hinc prono fluit alveo, quod tutor teſtamentarius ab avo aviaque datus ad tutelam ſit admittendus, quamvis teſtamentum ob nullitatem a deſcendentibus eſtet impugnatum, coercendus autem, ſi fratres foſoresve querelam moverunt nullitatis vel inofſicioſi teſtamenti.

a) L. 2. C. De Conſirm. Tut. b) CARPZ. L. 2. Reſp. 85.

c) HAHN ad Weſenb. Tit. de Teſt. Tut. num. 2.

d) Tit. ff. III. L. XXVIII. e) N. 115. C. 3. in fin. & C. 4. in fin.

f) RIEMER Dec. 7. qu. 2. BACH. in Pr. I. de inoff. Teſt. n. 7. Novell. 22. Cap. 47.

ERROR. §. 9. lin. 1. pro definitio: lege definitione.







**ULB Halle**  
003 017 133

3



86





244

Q. D. T. O. B. V.  
 DISSERTATIO JURIDICA  
 QUÆSTIONEM EXHIBENS:  
 AN

AVO, AVIÆQUE NEPOTIBUS  
 TUTORES CONSTITUERE TE-  
 STAMENTARIOS LICEAT, VIVIS ADHUC  
 ILLORUM PARENTIBUS?

QUAM

*RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
 SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
 DOMINO  
 ADOLPHO FRIDERICO IV.*

DUCE MEGAPOLIS REGNANTE,  
 PRINCIPE VANDALIE, SVERINI ET RACEBURGI, COMITE SVERINENSI,  
 TERRARUM ROSTOCHII ET STARGARDIE DYNASTA &c.  
 ORDINIS SERAPHINORUM ET AQVILÆ ALBÆ EQVITE AURATO.

ANNUENTE INCLYTA FACULTATE JURIDICA  
 PRÆSIDE  
**CHRIST. NIC. SCHLICHTKRULL,**  
 JURIS UTRIUSQUE DOCT. ET SUMM. REG. TRIB. ADVQC.  
 PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI  
 DIE XXI. JUNII ANNO MDCCCLVII.  
 SUBMITTIT  
**JOHANNES JACOBUS SCHULTZ,**  
 L. L. CULTOR.

GRYPHISWALDIE STANNIS STRUCKIANIS.

B.I.G.

